



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxviii. De syndico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De Syndico. Tit. 38.

Serui dei à strepitu causarum quieti funto. *A Sicut.*
 Slitigiis forensibus monachi submouentor.
 Qui negocia eorum, & generaliter monasterii
 disponat, constituto salario syndicus ordinator.
 hæc ipsi commendantor,

De his qua vi metúsve causa fiunt.

Tit. 39.

Quæ vi metúsve causa fiunt firmitatis robo *4. Ad*
 re carento. vnde si quis ecclesiam in- *audientiæ*
 deptam resignare ita iurassit, & resignassit, me-
 túsque talis erit, qui in virum constantem cade-
 re potessit, debessit: ecclesiam repetere ne pro-
 hibetor, hæc ei restitutor.

Verbi gratia: si quis amittūdi patrimonii me- *2. Ab-*
 tu iusto coactus ecclesiam suam abiurassit: olli *bas.*
 cum integritate vniuersa restituuntor.

Ei si in rebus ip sius violentia facta erit: ea per *7. Super*
 testes, singula quæ amissa erunt per eius sacra- *co.*
 mentum probantor. pro personarum ac nego-
 cii qualitate ab iudice taxatione facta, qui vim
 faxit in æstimatione rerum amissarum iuramen-
 to aduersarii declarata condemnator.

Alioquin regulariter quæ violentia neq; me- *6. Cum di*
 tum mortis, neque cruciatum corporis continef *lectus.*
 fit, in constantes cadere non debere putator. Iu-
 dex quæcunque iuramenta seruata non vergent
 in æternæ salutis dispendium, præstita seruare
 cogito, periuriis viam ne aperito.

F iiii